similiter adorassent. Extremi
ioseph & rachel adorauerunt;
Quaenam sunt inquit istae tur
mae quas obuias habui. Respon
dit; Ut inueniam gratiam coram
domino meo; Et ille. habeo ait
plurima frater mi. sint tua tibi;
Dixit iacob; Noli ita obsecro. sed
si inueni gratiam in oculis tuis.
accipe munusculum de manib.
meis; Sic enim uidi faciem tuam.
quasi uiderim uultum di; Esto
mihi propitius. & suscipe bene
dictionem quam attuli tibi. &
quam donauit mihi ds tribuens
omnia; Vix fratre conpellente
suscipiens ait; gradiamur si
mul. eroq. socius itineris tui;
Dixit iacob; Nosti domine mi
quod paruulos habeam teneros
et oues ac boues fetas mecum. quas
si plus in ambulando fecero la
borare. morientur una die cunc
ti greges; Praecedat dominus
meus ante seruum suum. & ego se
quar paulatim uestigia eius. sic
uidero posse paruulos meos. do
nec ueniam ad dominum meum in
seir; Respondit esau; Oro te ut de
populo qui mecum est saltim soci
remaneant uiae tuae; Non est in
quit necesse. hoc uno indigeo ut
inueniam gratiam in conspectu
domini mei; Reuersus est itaque
illo die esau itinere quo uene
rat in seir. & iacob uenit in soc
coth. ubi aedificata domo & fixis
tentoriis. Appellauit nomen
loci illius soccoth. id est taber
nacula. Transiuitq. in salem ur
bem sicimorum. quae est in terra
chanaan, postquam egressus est
de mesopotamia syriae; & habita
bit iuxta oppidum, Emitq. par
tem agri in qua fixerat taber
nacula. a filiis emor patris sichem
centum agnis; Et er&o ibi alta
re. inuocauit sup illud fortissi
mum dm isrl; Egressa est autem
dina filia lie. ut uider& mulieres
regionis illius; Quam cum uidiss&
sichem filius emor euhei princeps
terrae illius. adamauit & rapuit
eam. & dormiuit cum illa. ui oppri
mens uirginem; Et conglutina
ta est anima eius cum ea. tris
temq. blanditiis deliniuit; Et
pergens ad emor patrem suum.
accipe inquit mihi puellam hanc
coniugem; Quod cum audiss&
iacob absentib. filiis & in pastu
occupatis. siluit donec redirent;
Egresso autem emor patre sichem
ut loqueretur ad iacob. ecce filii
eius ueniebant de agro. audito
q. quod acciderat. irati sunt ual
de, eo quod foedam rem ess& ope
ratus in israhel. & uiolata filia